

ARTICULUS VI.

Alia argumenta solvuntur.

profecti in malum, ut deserta Monasterii societate, fieret canis...

Requit capite sequenti, & inter alia, verba haec aurea scribit: Cavendum est...

120 His Augustini testimonium addam verba Benedicti Pererii, Societatis Jesu, viri, ut ait Posselinus ejusdem Societatis...

§. III.

Ultimum argumentum diluere.

121 Ad ultimum argumentum breviter dico, quod si illud recte concluditur, proferat etiam profertibendum esse scientiam mediam...

Unde solum hic referam quod ait Magister Lorea, Generalis Ordinis Cisterciensis, & in Academia Complutensi Primarius, disp. 21. de gratia, conclus. 1. nempe, Nihil excedit eo qui insuperabili tentatione deservit...

Addam etiam quae scribit Baronius ad annum 490, Tomo 6, pag. 943. Recentiores illos prudenter admonens & corrigens: Videtur (inquit) quanto periculo quidam ex Recentioribus se exponunt...

Alia solent ab Adversariis proponi argumenta, tum ex auctoritate Scripturae & SS. Patrum, tum ex ratione, quae hic breviter referemus ac diluamus...

§. I.

Solvitur argumentum desumptum ex inexculpabilitate peccatorum in die judicii.

122 Hoc argumentum primum extollunt & magnificant quidam Recentiores, illudque sub his terminis proponunt. Scriptura & SS. Patres dicunt, omni excusatione cariturus improbus in die judicii, quia quamcumque preterax occasionem sui lapsus, & quodcumque allegat sibi fuisse impedimentum ad bene operandum, poterunt eis opponi alii, qui in eodem fuerint cum illis facti antecedenti, & tamen recte egerint: Sed hoc non potest verificari, si divinum decretum sit ex se efficax, & praedeterminans voluntatem ad operandum: Ergo tale decretum rejiciendum est. Minor probatur: Sed hoc in die judicii non poterit opponere improbus & peccatoribus aliquis viros bonos & justos, qui caruerint decreto efficaci & praedeterminante physica, & tamen recte fuerint operati, cum tale decretum, & praedeterminatio ex illo permanans, sint omnino necessaria ad bene operandum, & aliqua applicatio liberi arbitrii, praerequisita ad agendum, ac proinde pertinens ad statum antecedentem potentiae liberae: Ergo in nostra sententia impossibile est quod Deus opponat in die judicii malis Angelis, aut hominibus perveris, aliquid, vel aliquos, qui fuerint in eodem statu antecedenti cum illis, & tamen recte operati sint.

Confirmat hoc argumentum, & dicunt ex doctrina 123 Thomistarum sequi, vanas reddi exprobrationes, quibus Deus in sacris literis exprimit vineae suae (id est populo Israelitico, vel animae fidelium) quod vas non ferat, sed spinas, aut labruscas, hoc est quod non faciat fructus bonorum operum, sed opera mala & perveria, ut habetur Isaia 5. Sequela probatur: Ut iusta sit exprobratio, debet esse talis cultura vineae, per quam fructum reipsa ferret, & non solum per quam possit producere fructus: Sed si tali vineae desit aliquod requisitum ad operandum, applicatio scilicet potentiae, quae est a decreto efficaci, non habet revera sufficientem culturam, per quam fructum reipsa ferat: Ergo immerito Deus illi exprobrat, quod non faceret uvas, sed labruscas, & imprudenter ab illa exspectat fructus bonorum operum.

Hoc explicat & confirmat exemplo agricola, qui si ultimum manum non adhiberet vineae suae, & illi denegaret aliquam culturam omnino necessariam ut faceret fructus, immerito conquireretur de tali vinea, eo quod non ferret uvas, sed spinas aut labruscas. Sicut enim immerito quis exprobrat homini constituto in tenebris, & non habenti copiam luminis, quia non videret, licet oculos habeat integros & sanos; quia si lumen eideisset, non plus jure expectari posset ab homine oculato quod videret, quam ab homine caeco.

Ad objectionem in primis dico cum Augustino Epistola 105. ad Sixtum, illam omnes vires suas perdere in parulis qui sine baptismo decesserunt: Illis enim Deus non poterit opponere in die judicii aliquos, vel aliquem ex praedeterminatis, qui sine baptismo in re vel in voto, fuerint justificati, & salvati.

Secundo dico, illud argumentum non solum militare contra decretum praedeterminans & ex se efficax, quod admittunt Thomistae; sed etiam contra gratiam congruam, quam docent Suarez, Vasquez, & aliqui Recentiores, ut evidenter constabit illud proponendo per eadem forma & serie verborum, sub qua ab Auctore proponitur. Scriptura & SS. Patres dicunt omni excusatione cariturus improbus in die judicii, quia quamcumque preterax occasionem sui lapsus, poterunt eis alii opponi qui in eodem fuerint facti antecedenti, & tamen recte egerint: Sed hoc non potest verificari in sententia Suarez, & aliorum qui admittunt gratiam congruam: Ergo &c. Minor probatur: Gratia congrua pertinet ad statum antecedentem potentiae liberae, & est necessario requisita in quocumque homine vel Angelo, ad bene operandum; ita ut illa subfata, implicet contradictionem quod de facto operetur, ut ejus defensores docent: Ergo Deus in die judicii, ut ejus defensores opponere ex toto multitudine bonorum Angelorum, vel hominum, qui sine tali gratia congrua recte operati fuerint. Adde quod ille cui desit gratia congrua, non minus carere videtur auxilio sufficienti, quam ille cui denegatur gratia de se efficax, & physice praedeterminans, ut expresse docet P. Martinus in Anti-Jansenio disp. 27. sect. 3. num. 25.

124 ubi variis argumentis gratiam congruam Suarez & Vasquez, aliorumque Theologorum Societatis confutans, istud tertio loco subjicit: Tertio, si tanta motio & excitatio necessaria est moraliter ad conversionem: ergo qui minorem recipient, non habent auxilium moraliter sufficientem; atque ita quatuor non convertuntur, carent auxilio sufficienti moraliter ad conversionem, & ideo illi moraliter impossibile est convertatur, unde hujusmodi querimonia & exprobratio moraliter physice esse, non moralis & rationabilis, quod dicitur: Quid est quod debet ultra facere vinea mea? & non facti? Isaia 5. Possent enim Judaei merito respondere: debebas nobis dare auxilium moraliter sufficientem, non autem tale cum quo sibi moraliter impossibile conconverti, & quo convertens non convertitur. Quomodo expectasti nos ab illi quibus impossibile moraliter fuit non ferre labruscas? Et infra num. 28. ait feruntque inveniunt quod objicitur Thomistis, & inducere gratiam necessitatem, ac excludens sufficientem. Quod de moralis insufficientia (inquit) manifestissimum est, quia cum tali gratia sola, est moraliter impossibile bene operari. Dicitur enim esse moraliter impossibile, quod adeo difficile est, ut nemo illud faciat: quare si prior sententia (quae docet gratiam physice praedeterminantem) negat evidenter dari auxilium physice sufficientem: ita haec (quae admittit gratiam congruam) negat evidenter dari sufficientem moraliter. Quorum utrumque alienum esse nihil videtur a sententia Dei voluntate salvandis omnes homines, minimeque confutari nisi supra dicitur Scripturae praefationibus. Quid ultra debet facere vinea mea? & non facti? An quia expectasti ut faceret uvas & faceret labruscas? Isaia 5. Nuncquid enim respondit jure possit agricola, aut dominus vineae, qui sic loqueretur: Frustra expectasti ut faceret uvas, adhibita tantum ea cultura, cum qua neque unquam ulla alia vinea ab orbis condicio fructum tulit, neque physice aut moraliter possibile erat ut ferret; & debebas aliquid ultra facere, ut prudenter & rationabiliter fructum ab illa sperares?

127 Et certe si agricola previdere quod si plantaret vineam in aliquo loco sterili & infecundo, nullos unquam fructus produceret, sed spinas tantum & tribulos germinaret; illi immerito posset exprobrare quod non faceret uvas, sed spinas, & insipienter omnino ab illa fructus expectaret. Ita cum in sententia Suarez, Vasquez, & aliorum Recentiorum, Deus multis denegat gratiam congruam, eoque ponat in occasionibus illis & circumstantiis, in quibus praevit per scientiam mediam nullatenus operaturos, frustra de illis videtur conquiri, eisque exprobrare quod non convertatur, & ferant fructus bonorum operum: poterunt enim respondere, quare nobis denegasti gratiam congruam, & nos collocasti in his occasionibus & circumstantiis, in quibus peccideras nos minime operaturos, & in quibus moraliter impossibile erat nos operari & ferre fructum bonorum operum?

Ex his conat difficultatem propositam esse nobis & Adversariis communem. Praefertim cum omnes Theologi Societatis Jesu, ex praefcripto seu decreto Claudii Aquiliviani, ejusdem Societatis Generalis sapientissimi, gratiam congruam docere tenentur, ut testatur Tanquerius 1. 2. ad quest. 109. Paulus Logomachus in libro de scientia media, ubi afferunt decretum illud fuisse sibi verbis conceptum & editum: Nobis in praesens omnino decessit inteream gratiam quae effectum reipsa habet, atque effectus dicitur, & eam quam sufficientem nominant, non tamen discrimen esse in actu secundo, quia non ex se nisi liberi arbitrii, etiam operantem gratiam habentis, effectum sortitur, altera non item; sed in actu primo, est illa quod postea scientia conditionalium, ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiuntur certissime in nobis boni, de industria ipse ea media seligat, atque eo modo & tempore conferat, quod videt effectum infallibiliter habiturum, alius usurus, si haec fructus praeviderit, & quare semper moraliter. Et in ratione beneficii plus aliquid in efficaci quam in sufficienti gratia, etiam in actu primo, contineri; atque haec ratio est: Deum ut reipsa faciamus, non vero ex eo tantum quod dat gratiam quae facere possumus. Datum Romae die 14. Decembris 1613.

128 Tertio dico, illud idem argumentum quod nobis opponunt Adversarii, fuisse solum Divo Augustino a Pelagianis propositum, & ab ipso solutum & contritum. Nam Monachi Adrumentini sub Valentino Abbate, contendebant, quod si gratia efficax esset necessaria ad agendum, tolleretur correctionis necessitas, & peccantium inexcusabilitas; & dicebant neminem esse corripendum si Dei praeccepta non facit, sed pro illo ut faciat tantummodo orandum, ut refert Divus Augustinus lib. 1. Retract. cap. 67. Unde sic isti Monachi arguebantur. Si ad servanda praeccepta necessaria esset auxilium efficax. Si ad obediendum necessarium esset quod Deus det homini obedientiam. Si ad perseverandum necessarium esset donum perseverantiae, sine quo nullus unquam perseveraverit: sequitur quod non sint corripendi homines, & quod illis non debeat imputari ad culpam, cum praeccepta non servant, aut non perseverant usque in finem: quia Deus pro suo beneplacito, quibusdam tribuit haec dona, aliis vero non tribuit, neque est

in eorum potestate illa obtinere. Sed audiamus eos apud Augustinum de corrept. & gratia cap. 4. obmurmurantes; ac dicentes: Recte autem corripitur, si eam (scilicet gratiam) mea culpa non haberem: hoc est si eam possem mihi dare vel sumere ipse, nec facerem; vel si dante illo accipere nullussem. Cum ergo & ipsa voluntas a Domino preparatur, cur me corripit quia videt me ejus praeccepta nolle, & non potius ipsum rogat ut in me operetur & vellet? Eternum c. 6. Hanc caritatem (inquit) non accipimus: quia inique corripimur, quasi nos eam nobis dare possumus, & nostro arbitrio habere velimus?

129 Ut hanc difficultatem solveret magnus gratiae defensor Augustinus, scripsit Epistolam 46. & 47. ad illos Monachos instruendos, & duos etiam libros composuit: unum de gratia & libero arbitrio, & alterum de correptione & gratia, in quibus ostendit primo, non tolli, sed juvari, & perfici liberum arbitrium per gratiam Dei, quia gratia caussat in nobis liberissimam, fortissimam, & invictissimam voluntatem; & voluntas non liberatae consequitur gratiam, sed gratia libertatem, ut habetur cap. 8. de corrept. & gratia. Secundo, ratione necessitatis gratiae non tolli correctionis necessitatem: quia ea utitur Deus tanquam medio extrinseco adhibito, & exterius juvante, dum gratia intus in corde hominis operatur, & ejus voluntatem immutat. Ex quibus constat, hoc etiam argumentum, quod adeo extollunt & magnificant Recentiores, non esse novum, sed perantiquum, & ex veteri Pelagianorum officina desumptum. His praesuppositis

130 Respondeo directe ad argumentum, quod ad hoc ut reprobati sint inexcusabiles in die judicii, factis est quod Deus possit illis opponere alios, tum ex Angelis, tum ex hominibus, quibus fuerint aequales in auxiliis sufficientibus, & qui vel nulla vel minima praebuerint impedimenta auxiliis efficacibus. Ratio est, quia ut aliquis possit juste corripi & increpari exemplo alterius, sufficit quod aequalis possit ac ille, & tamen aequalis non praebet: ille autem qui est aequalis alteri in auxiliis sufficientibus, quia auxiliis efficacia ad operandum, & anime praebente virtutem aut complementum potentiae, sed tantum actualitatem & applicationem illius (ut suppono ex Tractatu de Auxiliis) & aliunde peccatores quando transgrediuntur praeccepta, tali actualitate & applicatione non carent, nisi quia per culpam mortalem aut venialem, ei ponunt vel posuerint impedimentum. Unde

131 Respondeo ad confirmationem, Deum merito exprobrare vineae suae, quod non ferat uvas, sed spinas, & anime fructus, quod non faciat fructus bonorum operum; quia licet tali vineae desit aliquis cultura necessaria ad producendum fructus, & anime aliud auxilium primum natura requisitum ad operandum: illo tamen desit & carentia provenit ex culpa ipsius hominis, quia per propriam malitiam, negligantiam, divinae gratiae praebuit obicem. Ita expresse docet D. Thomas 3. contra Gentes cap. 159. ubi opponit idem omnia argumentum quod nobis objiciunt Adversarii, & eodem modo illud resolvit, & quia nobis solum est. Sic enim habet: Cum aliquis non possit sine auxilio divinae gratiae habere ea quae sunt necessaria ad operandum in ultimam finem, sicut esse spiritus, dilectio, & perseverantia: potest alicui videri quod non sibi homini imputandum, si praedictis careat: praecipue cum auxilium gratiae meriti non possit, nec ad Deum converti, nisi Deus eum converteret, nulli enim imputatur quod ab alio dependet. Quod si concedatur, nulla inconvenientia convenientia consequi manifestum est: sequitur enim quod ille qui sciam non habet, nec spem, nec dilectionem Dei, nec perseverantiam in bono, non est peccata dignus.

132 Ecce ipsummet Adversariorum argumentum, cui sic respondet: Ad hujus dubitationi solutioem considerandum est, quod licet aliquis per motum liberi arbitrii divinam gratiam nec premeri nec advocare possit, potest tamen seipsum impedire ne eam recipiat: dicitur enim de quibusdam Job 21. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum volumus. Et Job 24. Recede fuerunt rebelles luminis. Et cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire divinae gratiae receptionem, non immerito imputatur ei qui impedimentum praebet gratiae receptioni: Deus enim, quantum est ex se, paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines salvos fieri, sed illi soli gratia privantur, qui in seipsis gratiae impedimentum praestant. Sicut Sole mundum illuminante, in culpam imputaretur ei qui oculos claudit, licet videre non possit, nisi lumine Solis praeveniatur.

133 Idem docet exponens illa verba Joannis: Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum. Dicit enim, quod Sicut gratia per naturam non potest sursum ferri, nisi trahatur ab alio: ita cor humanum ex se ad inferna tendens, non potest sursum elevari, nisi trahatur per gratiam. Si vero non elevatur, non est defectus ex parte trahentis, qui, quantum est de se, nulli deficit, sed est propter impedimentum ejus qui non trahitur. Et a. 2. quest. 2. art. 5. ad 1. Auxilium gratiae (inquit) quibuscumque divinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex justitia non datur, in poenam praecedentis peccati, & saltem originalis, ut habet Augustinus lib. de corrept. & gratia cap. 5. & 6.



Ex his ergo constat, quod secundum doctrinam Divi Thomae imputatur homini quando non operatur, etiam si non habeat tunc auxilium efficax; quia non habere est impedimento quod voluntarie opponit, reddendo se illo indignum, & se disponendo ad ejus denegationem, per culpam mortalem, aut venialem. Unde patet responsio ad exemplum allatum de vinea cui desitit ultima cultura, & de homine in tenebris constituto: dicendum enim est, quod si agricola desisset confuturo: dicendum enim est, quod si paratus dare illi ultimam, & vinea illam recuvasset, ac illi periret impedimentum, merito posset illi exprobrare, si postea non faceret utras, sed laborasset. Sicut etiam jure exprobraretur homini constituto in tenebris, quod non videret: si quis ipsi lumen offerret, & vellet aperire fenestras, ille tamen impediret.

§. II.

Variis instantiis proponuntur & solvuntur.

134 Contra hanc responsionem & doctrinam ex S. Thoma & aliis SS. Patribus infra referendis desumptam, multipliciter insurgunt Adversarii, eamque variis instantiis, veluti quibusdam nebulis, obscurare conantur. In primis, dicunt, quod hac responsio non potest habere locum respectu denegationis primae gratiae, cum denegatio talis auxilium nullam supponat culpam antecedentem actualem, immo nec originalem, sicut in Adamo, & in malis Angelis.

135 Secundo instant, & dicunt, quod si homo per propriam culpam & negligentiam possit ponere impedimentum gratiae efficaci, poterit etiam illi resistere; cum resistere gratiae, & illi ponere impedimentum, synonyma sint, & idem omnino significant.

136 Tertio si homo ex innata libertate possit se disponere ad denegationem auxilii efficacis, poterit etiam ex viribus liberi arbitrii se preparare ad ejus receptionem; & sic aliquis caro gloriam poterit coram Deo, Tyrus scilicet prae Judaeo, quod se pro innata libertate reddiderit aptiorum ad auxilia gratiae recipienda.

137 Denique ex hac responsione sequitur, non esse recurrendum ad infructuosa Dei judicia, ad reddendum rationem cur Deus unum trahat & alium non trahat per gratiam efficacem, sed ad liberum arbitrium ponens impedimentum gratiae in uno, non vero in alio: At haec repugnat SS. Patribus supra relatis; Ergo, &c. Haec tamen instantiae, ex fundamentis supra statutis, facile dilui possunt.

138 Ad primam enim, in primis dico, quod sicut in sententia Suarez, & aliorum Recentiorum, denegatio primae gratiae congrua, nullam habet causam in homine, sed reducti in simplicem Dei voluntatem, & in judicia ejus infructuosa: ita plures ex Discipulis D. Thomae, permissionem primi peccati, sive negationem gratiae efficacis necessariae ad primum peccatum mortale vitandum, ex nulla hominis culpa, sed ex sola Dei voluntate repetunt. Cui sententiae adhaere Etilius in 1. sent. distinct. 41. §. 18. Quod Deus (inquit) permittit hominem vel Angelum cadere in peccatum quo Deum deservit, videlicet non prebendo auxilium efficax ne cadat, hoc non habet causam in ipsi. Idem docet ex Patribus Societatis Claudius Typhanus, in libro de ordine cap. 32.

139 Respondeo secundo cum Alvarez, Joanne a S. Thoma, & pluribus aliis Thomistis: etiam Adamo & Angelos causasse auxilio efficaci ad perseverandum, ex propria culpa, non quidem antecedente, sed concomitante, quae fuit prior privatione auxilii efficacis, in genere causae materialis & dispositivae. Pro cuius elucidatione

Notandum est primo: denegationem auxilii efficacis posse se duobus modis considerari. Primo active, & prout se tenet ex parte Dei, & sic vocatur permilium peccati, seu denegatio gratiae. Secundo passivae, & prout se tenet ex parte hominis vel Angel, & sic dicitur privatio gratiae.

Notandum secundo, seu potius supponendum ex Philosophia: quod licet causae in eodem instanti temporis simul exercent suas causalitates, hoc tamen non obstat, quin una sit prior altera in uno genere, & posterior in altero. Patet hinc in generatione & corruptione substantiali, quae licet fiant in eodem instanti temporis, tamen se invicem praecedunt in diverso genere causae: est enim corruptio velut diffusio praecedens introductionem formae, quia non nisi in subiecto carente forma introducitur opposita, licet in genere causae formalis generatio sit prior, & ad eam sequatur corruptio. Hoc clarius constat in exemplo venti aperientis fenestram, & per eam intrantis in aulam, quo communitur utitur Thomista ad mittum illam causam prioritatem explicandam: hujusmodi enim ingressus praecedit aperitionem fenestras in genere causae efficientis: cum ad eam active concurrat; & ipsa aperitio fenestras est prior ingressu venti, in genere causae materialis & dispositivae, in quantum disponit ad praedictum aeris & venti ingressum. His praesuppositis,

140 Alvarez, Joannes a S. Thoma, & plures alii Thomistae docent, quod licet denegatio gratiae, ut est pura nega-

tio, & primus effectus reprobationis, nullam habeat causam ex parte hominis, sed deduci debeat in simplicem Dei voluntatem, quae ut dicit Apostolus, cujus vult miseretur, & quem vult indurat (non impediendo malitiam, sed denegando gratiam, ut explicat Augustinus) illa tamen, ut habet rationem privationis, & prout se tenet ex parte hominis, nunquam est sine aliquo obstaculo ex parte nostra, licet illud non sit semper peccatum praecedens, etiam originale (ut patet in Adamo & in malis Angelis) sed ipsa culpa concomitans, quae licet sit in eodem instanti temporis quo ipsa denegatio auxilii, illam tamen antecedit prioritate naturae & causalitatis, in genere causae materialis & dispositivae. Sicut licet illuminatio Solis, & remotio tenebrarum, sint simul tempore; tamen se invicem praecedunt, prioritate naturae. Nam ex parte Solis, prius est illuminare, quam tenebras removere: ex parte autem aeris, prius est purgari a tenebris, quam consequi lumen, ordine naturae: ut dicit D. Thomas 1. 2. q. 113, art. 3, ad 1.

Ex his duabus solutiombus, prima videtur magis solida, & magis conformis SS. Patribus supra relatis, qui primam gratiae efficacis denegationem reducant in simplicem Dei voluntatem, & in judicia ejus infructuosa. Secunda magis subtilis, & desumpta ex principis Philosophorum, qui docent cum Aristotele & D. Thoma, quod causae sunt sibi invicem causae, & quod licet in eodem instanti temporis suas exercent causalitates, hoc tamen non impedit, quin una sit prior altera in uno genere, & posterior in alio: ut constat in exemplis adductis, & sicut, ac erudite ostendit Claudius Typhanus in libro citato de ordine, de quae prior & posteriori.

Neque contra hanc responsionem valet instantia eujusdam Recentioris dicentis, quod praecedit realis materia, qua idem sit prius suo priori, ac proinde seipso, implicat contradictionem.

Facile enim responderetur, distinguendo Antecedens. Praecedio realis materia, quae aliquid sit prius suo priori, prioritate in quo, concedo. Prioritate a quo, nego. Hoc enim intercedit discrimen inter ea quae sunt prius aliis prioritate in quo, & a quo; quod ea quae sunt priora prioritate in quo, in eo priori existunt (prioritas enim in quo est prioritas existitientiae) & in eo priori sunt extra dependentiam omnium causalium, ac proinde non possunt dependere a quocunque alio posteriori, etiam in alio genere causae. Et contra vero, cum illa quae sunt priora prioritate solam a quo (quae est prioritas solum naturae & causalitatis, non vero durationis & existitientiae) nec sint nec concipiuntur esse in eo priori extra dependentiam omnium causalium, possunt ab alio vel aliis dependere in altero genere causae, & consequenter esse illis posteriora.

Ad secundum nego sequelam Majoris. Sicut enim quis impedire potest ingressum radii solaris in aulam, claudendo fenestram, & ejus receptioni ponendo impedimentum, illum tamen jam receptum privare non potest suo effectu, nec impedire quin illum in aulam. Ita similiter homo per culpam antecedentem, vel concomitantem, impedire potest receptionem gratiae efficaci, & sic indignitate Deum movere ad illam denegandam. Illi tamen jam receptae, & in anima existenti, non potest resistere (potentia saltem consequenti, & in sensu composito) vel eam frustrare effectu quo Deus efficaciter per illum intendit producere. Ut enim dicit D. Thomas supra relatus: impossibile est hoc duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum caritatis, & quod ipse caritatem amittat peccando.

Ad tertium nego etiam sequelam. Sicut enim (ut persistamus in eodem exemplo) licet homo claudendo fenestram impedire possit illuminationem Solis, non potest tamen illum ad se trahere, & advocare: ita etiam licet aliquis per motum liberi arbitrii possit seipsum impedire ne gratiam recipiat, illam tamen nec promereri, nec advocare potest, nec ad illam recipiendam se disponere ex solis viribus liberi arbitrii, sed solum ex virtute ipsius gratiae, cor ejus moventis. Quia ut homo ponat impedimentum gratiae, oportet solum quod peccet mortaliter aut venialiter: quod potest ex solis viribus, seu potius ex sola defectibilitate liberi arbitrii. Ut vero se ad illam preparet & disponat, requiritur quod eliciat actum supernaturalem, cum dispositio & forma debeant esse ejusdem ordinis: quod homo praestare non potest, nisi virtute ipsius gratiae, illum moventis & applicantis. Unde dicit Augustinus de corrept. & gratia cap. 11. Liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono. Et D. Thomas 1. 2. quaest. 112. articulo 3. ad 1. Defectus gratiae prima causa est ex nobis, sed collationis gratiae prima causa est ex Deo: secundum illud Osee 13. Perdidit tuas ex te ipsam, tanquam modo in me auxilium tuum. Et super Epistolam ad Hebraeos cap. 12. lect. 3. hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum gratiae, ipsa gratia praecedit: unde si aliquis ponat, & tamen moventur cor ejus ad remediandum illud, hoc est ex dono gratiae Dei vocantis per misericordiam suam. Et postea habet: Quod ergo a quibusdam removersit istud obstaculum, hoc est ex

est ex misericordia Dei: quod autem non removersit, hoc est ex justitia ejus. Unde juxta doctrinam D. Thomae, licet Deus semper denegat homini gratiam efficaci justitiae, & propter aliquam culpam mortalem, aut venialem, vel saltem originalem, per quam ponit vel posuit ei impedimentum; illam tamen non conferit eo quod ei nullum potest obicem, sed ex pura liberalitate & misericordia; immo potius per suam gratiam facit, quod homo vel non ponat ei obicem, vel si illud posuerit, movet cor ejus ad removendum illud.

144 Ex quo patet responsio ad ultimum, neganda est enim sequela Majoris. Cum enim nullus sit homo, qui per aliquam culpam mortalem, aut venialem, vel saltem originalem, gratiae impedimentum non ponat, vel posuerit: nulla potest reddi ratio, cur Deus in uno tale impedimentum tollat, vel illo non obstante, ei gratiam conferat, non vero in alio; sed ad simplicem Dei voluntatem, & ad infructuosa judicicia ejus, cum Apostolo necessario recurrendum est.

Ad do quo licet denegatio gratiae, privative sumpta, & ut se tenet ex parte hominis, aliquam in eo supponat culpam; illa tamen ut est pura negatio, & primus reprobationis effectus, nullam in eo causam supponit, sed ad simplicem Dei voluntatem reduci: ut ostendimus in Tractatu de praedestinatione.

§. III.

Corollaria praecedentis doctrinae.

145 EX dictis colligitur primo; quambilibet culpam, sive mortalem, sive venialem, immo & originalem (in sententia eorum qui causam reprobationis negativae ad peccatum originale referunt, de quo in Tractatu de praedestinatione disp. 5. art. 3.) sufficere, ut Deus gratiam suam efficacem ad vitandum peccatum, etiam mortale, justo interdum, pro iudicio suo fieri infructuosa profunditate, deneget. Quare cum nemum, quantumvis justus & sanctus, sit immensus a peccato originali, immo nec actuali, saltem veniali ut desinit Tridentinum sess. 6. can. 23, nemo est qui non humiliter agnoscere debeat, pro merito peccatorum suorum, se posse a Deo juste derelinqui, adeoque ne id fiat, cum Regio Vate identidem exclamare: Adjutor meus esto Domine, ne derelinquas me, & qui, ut monet Apostolus supra relatus, non debeat cum timore & tremore operari saltem. Unde Leo Papa serm. 8. de Epiphania: Haec Sanctis causa est tremendi ac quae metuendi ne ipsi in operibus pietatis elati, deserantur ope gratiae & remaneant in infirmitate naturae.

Omnibus etiam veraciter humilibus, habenda semper est praecolus egregia Ricardi Victorini hac de re sententia, de flatu interiori hominis part. 1. c. 22. Gratia (inquit) quam semel habet accepit ante peccatum, juste subtrahitur non potest, quam esse praeter meritum acceperat, sine culpa tamen amittere non debet: nunc autem omnia hora potest juste subtrahi, quia nunquam potest homo sine culpa inveniri.

146 Observandum tamen est, quod licet omnia peccata, non solum mortalia, sed etiam venialia, gratiae efficaci ponant impedimentum, & sint sufficientes causa, cur illum Deus denegare possit, etiam justo, ad superandam tentationem: superbia tamen & praesumptio, ac in propriis viribus fiducia, maximum divinae gratiae ponit obicem, ut eleganter declarat D. Bernardus sermone 54. in Cantica, his verbis: In veritate dicitur, nihil aequo efficacius esse ad gratiam promovendam, retinendam, recuperandam, quam si coram Deo docueris non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pauculus. Time ergo cum arrisere gratia, time cum abieris, time cum denovo revertetur: hoc est semper pavendum esse. Succedant vicissim sibi in anima tres isti timores, secundum quod gratia vel adeffe dignatur, vel effusa recedat, seu iterum gratia redire sentietur. Cum adeffe, time ne non digne opereris ex ea, nam hoc movet Apostolus, videre inquitur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. . . . Quod si recesserit, multo magis, timendum: plus multo magis, quia ubi desitit tibi gratia, desitit tu. Tunc ergo subtrahit gratia, tanquam mox casurus time & contremisces, Deo tibi ut sentis irate, quia reliquisti tu custodia, nos dubiter causam esse superbiam, etiam si non appareat: quod enim nescis, scit Deus, & qui se judicat, ipse est. . . . Sinosqui qui humilibus dat gratiam, humilis auferat datam? Ergo argumentum superbiae, privatio est gratiae.

147 Ex dictis etiam intelliges difficile testimonium Divi Thomae, qui exponens hec verba Christi Joann. 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, sic ait: Dicendum quod Christus quantum est de se pro omnibus oravit, quia oratio sua, quantum est de se, efficacis est ut valeat tui mundo, sed tamen non in omnibus sortitur effectu, nisi in sanctis & electis Dei, & hoc propter impedimentum mundanorum. His enim verbis non intendit docere (ut aliqui existimant) quod oratio Christi, eaque voluntas absoluta, & gratia efficacis per illum

obstantia, vel preparata, sit dependens quantum ad usum & efficaciam a libero hominum arbitrio, ita ut possit frustrari; & reddi inefficax per ejus resistendum & dissentium, ut docent Molina & alii Recentiores. Sed tantum vult, quod liberum hominis arbitrium, per culpam mortalem, vel venialem, potest ponere obicem & impedimentum gratiae efficaci, & se reddere indignum ejus receptione, seu sua indignitate movere Deum ad illam denegandam, non tamen illam jam receptam, & in anima existentem abicere, & frustrare suo effectu: ut exemplo radii solaris, cujus receptioni homo potest ponere impedimentum, claudendo oculos, vel fenestram; non tamen illum jam receptum frustrare suo effectu, & ejus illuminationem impedire, supra declaravimus. Quod autem hic sit verus, & germanus sensus D. Thomae, satis aperte indicant haec verba: Et hoc propter impedimentum mundanorum, quibus significat mundanos (id est reprobos & peccatores) pro peccata quae committunt, divinae gratiae ponere impedimentum. Et licet illud etiam interdum ponatur a sanctis & electis, Deus tamen in eis illud vincit, seu ab eis remouet per suam misericordiam, & propter merita Christi, qui pro eorum salute oravit: non tamen in mundanis & reprobis, quia pro eis Christus non oravit, ut vitam consequerentur aeternam, sicut pro praedestinatis, ut disp. praecedenti art. 2. exposuimus.

§. IV.

Exponuntur quaedam testimonia D. Augustini & S. Thomae, quae videntur favore Adversariorum sententiae.

148 Obijciunt in primis Adversarii, quod Divus Augustinus interdu docet, ex duobus hominibus aequali auxilio gratiae preventis, unum propria voluntate converti, & tentationi resistere, non vero alterum: Ergo ex Augustino voluntas Dei non est efficacis de se, sed ex consensu & determinatione liberi arbitrii. Consequenter patet, Antecedens probatur ex Augustino libro de praedest. & gratia cap. 15. ubi parificat quantum ad omnia Pharaonem & Nabuchodonosor in natura, in dignitate, in pena qua flagellati sunt a Deo, in causa, quia uterque populum Dei captivum tenebat. Et tamen fines eorum fuerunt divisi quia Unus, inquit, manum Dei sentiens, in recordatione propria iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio. Idem docet 12. de Civit. cap. 6. de duobus aequali tentatione vise, mulieris pullatis; si aliqui duo (inquit) aequaliter affecti animo & corpore, videant unius corporis pulcritudinem, quo visa unus eorum ad illicite persequendum movetur, alter in voluntate pudica stabilis perseveret: quid putamus esse causam ut in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala, quae illum rem fecit in quo facta est? Neque enim pulcritudo illa corporis: nam eam non fecit in ambobus, quandoquidem ambobus non dispariter occurris aspectibus. An caro incensus in causa est? Cur non & illius? An vero unius? Cur non utriusque? Ambos enim & animo & corpore aequaliter affectos fuisse praediximus. An dicendum est, alterum eorum occulta maligni spiritus suggestionis tentatum, quasi non eodem suggestioni, & quocunque susceptioni, propria voluntate consenserit? &c. Cui difficultati postea sic respondet: Ut hoc quoque impedimentum ab ista questione tollatur, si eadem tentatione ambo tentantur, & unus ei cedat atque consentiat, alteridem qui fuerat perseveret, quid aliud apparet, nisi unum voluisse; alterum noluisse a castitate desistere? Item lib. 1. ad Simplicianum q. 2. loquens de Esau dicit: Si voluisset & curruisset, Dei adjutorio pervenisset. Et de spiritu & littera cap. 3. docet quod visum susceptionibus agit Deus, ut voluit & credamus, sive extrinsecus per Evangelistas, exhortationes &c. sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire, propria voluntatis est.

149 Respondeo negando Antecedens. Ad cuius primam probationem, in primis dico non esse certum, sed dubium, an liber de praedestinatione & gratia fiat Augustini, & propterea a Lovaniensibus in appendicem esse rejectum.

Respondeo secundo, Augustinum ibidem loqui tantum de auxiliis externis, vel de internis moraliter tantum excitantibus (illa enim possunt esse aequalia in consentiente & non consentiente) non autem de auxiliis efficacibus & physice prevententibus: quae admittit locis supra a nobis relatis: talia enim auxilia semper sunt majora in eo qui convertitur, quam in alio qui non convertitur. Et ita clare se explicat S. Doctor ibidem: dicit enim quod Nabuchodonosor manum Dei sentiens & ingemiscens penituit, quia illi, ut miseretur adfuit divinum praesidium, alteri ut induraverat deservit.

Ad secundum testimonium, similiter respondet Vasquez, Augustinum eo loco acquirare illos duos juvenes, solum quantum ad circumstantias, & exteriora signa, non autem quantum ad auxilia intrinseca.

Secundo respondeo quod intentio Augustini in eo loco solum est ostendere, quod consensus in tentationem oritur a vo-



voluntatis propriae, ut deficientes, & non solum ex eo quod natura est: quia ibi loquitur expresse de origine mali & peccati unde fit, cum ipsa natura sit bona, & dicitur oriri ex propria voluntate, ut ex nihilo facta est, sic ut defectibilis est. Infinita autem contra hanc tentationem, licet propria voluntate fiat, non tamen propria voluntate nuda sumpta, vel auxilio tantum morali excitata, sed voluntate preparata, determinata & applicata per gratiam: ut clare docet idem Augustinus locis supra relatis: praesertim de deo perseverantia cap. 13. ubi ait: Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expediat & credere, & dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis & submissa confitio. Et de deo vocem Dei. Et de gratia & libero arbitrio c. 16. Certum est nos mandata servare si volumus, sed quia preparatur voluntas a Domino, ab illo potentum est ut tantum volumus, quantum sufficit ut volumus faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut volumus bonum, de quo scriptum est: preparatur voluntas a Domino. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, praebendo virtutes efficacissimas voluntati, qui dicitur: Faciam ut in justificationibus meis ambulatis, & iudicia mea observetis, & faciam. Et libro Retract. cap. 10. sic habet: Quando dixi in libro de Genesi, dominum lumen pacis purae corda eorum qui ab amore visibilibus se ad eius implenda praeccepta convertunt, quod omnes postquam se viderunt, non existiment nosi virtutis Pelagiani secundum eum esse dictum: verum est enim omnino hoc posse se velle, sed preparatur voluntas a Domino. Et alibi dicit: Multi audiam verbum vocantur, alii credunt, alii contradicunt: volunt ergo sibi credere, volunt viderem illi: sed cum alii preparantur, alii non preparantur: adhaerent a Domino, adhaerentiam est utique quod veritas semper servanda est, quod de iudicio. Ex quibus testimonis patet, quod quando idem Augustinus ait, si Esau voluisset, & recusat, & cetera, non intendit excludere gratiam efficacem, quae facit nos velle, & currere in viam mandatorum Dei, iuxta illud Prophetae Psalm. 118. Viam mandatorum tuorum curavi, cum dilatasti cor meum. Sed tantum declarare consensum & determinationem liberi arbitrii, quod seipsum determinat tanquam secundum liberum & secundum determinans, dependenter a motione & applicatione Dei, ut primi liberi, primique determinantis, cui essentialiter subordinatur, ut clare seipsum explicat eodem cap. 34. de spiritu & littera, ubi ait: Perfecto & ipsam velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordiam eius praebet: nisi: conferunt autem vocantur Dei, vel ab eis diffident, sicut dixi, propria voluntatis est. Quibus verbis aperte declarat, quod quamvis propria voluntatis sit consentire vocationi Dei, ipsam tamen velle Deus in homine operatur per gratiam. Unde quando dicit, *Visionem satisfactionis agit Deus*, & cetera, tradit quiddam & explicat auxilium moraliter excitans, & id quod in vocatione interna ex parte excitantis se tenet; non tamen excludit auxilium physico praeveniens, & motionem efficientem bonae voluntatis, & tangentem immediate ipsum cor, quam subordinationem spiritus appellat. Nam in libro de corrupt. & gratia cap. 12. expresse docet requiri praeter auxilium sufficientem, & moraliter excitans, sine quo homo non potest operari, quod non relinquatur voluntas sibi ipsi, quia sic deficiat, sed quod Deus operatur ut velit. Et sic quod subvenit est infirmati voluntatis, ut inclinabiliter, & imperabiliter ageretur. Quod certe non debuit dicere Augustinus, si solum agnovisset excitationem quamdam indifferentem, quam nos consensu nostro a Deo praevio facimus determinatam efficacem. Haec enim excitatio, & quodcumque indifferens auxilium, tale est quod cum illo relinquatur homini voluntas sua, ut maneat in tali adiutorio, si velit, nec Deus, post hoc auxilium, ulterius operatur ut velit. Dicit autem Augustinus, quod si sic voluissent illi voluntas sua, ut in adiutorio Dei sine quo perseverare non possent, voluntas ipsa infirmitate sua succumberet. Subvenit enim est ergo infirmati voluntatis humanae, ut divina gratia inclinabiliter, & imperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma non deficeret. Ergo sentit manifeste Augustinus, praeter excitationem indifferentem, & auxilium sufficientem, quod de se indifferens est ad operari de facto, vel non, aliud dari quo indefectibiliter agitur.

Utrumque etiam auxilium clarissime expressit Cyrillus Alexandrinus in lib. de adoratione in spiritu, circa medium, ubi sic ait: *Nam quoniam hominis natura non valde generosa est, neque satis idonea ut malum effugere queat, simul quodammodo nobisum caret Deo, & duplex concedere beneficium videtur, persuadens admonitionibus, ut subsidium inveniamus; & fortius illud praestans, quam ut malum praesens & violentum prevaleat possit.* Quod clarius pro distinctione auxilii efficacis a sufficienti? Ego ergo in homine duplex datur potentia, intellectus scilicet & voluntas:

ita etiam secundum Augustinum, & alios SS. Patres, duplex requiritur deum, sive duplex gratia tangens utramque potentiam. Ex parte enim intellectus requiritur illustratio & pia cogitatio. Ex parte vero voluntatis, motio & applicatio. Et haec duae gratiae sunt veluti duo brachia Dei animam complectentia, de quibus dicitur in Canticis: *Leva ejus sub capite meo, id est intellectus, qui est caput animae, illustrato per cognitionem.* Et dextera illius amplexabitur me: per inspirationem suam, & motionem tangentem voluntatem, & per caritatem inflammantem eam & affectum. Et utramque hanc gratiam insinuat Tridentinum. sess. 6. canon. 5. his verbis: *si quis dixerit liberum arbitrium motum & excitatum a Deo, non posse sentire si velit, Anathema sit.* His enim verbis declarat: liberam arbitrium non solum esse physice motum a Deo, ut asserit Calvinus: nec solum moraliter excitatum, ut docebat Pelagius: sed simul esse physice motum & moraliter excitatum, & sub utraque motione physica & moraliter potentiam ad utraque intendendum, ac proinde libertatem, sicut Thomista.

Obiectis secundo: Negata gratia efficaci ad intrinsecum, voluntatis nostrae praedeterminationem, non possunt admitteri decreta ex se efficacis: Sed talem gratiam negat Thomista. Ergo & illa decreta. Major creditur, nam gratia de se efficax effluit & emanat a deo conato efficaci & praedeterminante, & est ejus causalitas & executio. Minor vero probatur ex S. Thoma in cap. 8. ad Roman. lect. 3. ubi expresse docet, vocationem interiore efficacem esse, quia illi voluntas avocatur: *Hac vocatio, inquit, est efficax in praedestinatione, quia huiusmodi vocationi assentium.* Idem docet Dominicus Soto de natura & gratia cap. 13. ubi ait: *In adultis reddenda est propria causa, cum dicitur: quod si deus paratissimae conversione, praesentissimae utrumque misericordiam aspires, hunc trahat, illum non trahat; quia verum reddi non potest, nisi quod alter praebeat assensum & cooperatur, alter vero minime.*

Respondendo, concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, in primis dicendum est, quod quando S. Thomas docet, vocationem interiore esse efficacem, quia voluntas consentit: particula quae non est sumenda in sensu causali, sed illativo; sed secundum rationem consequentiae, non secundum causam efficiendam. Sicut idem S. Doctor q. 2. de verit. art. 14. explicat verba Origenis, dicens: *Quia futurum est aliquid, ideo sicut a Deo autem quam facta, & dicit hoc esse intelligendum secundum causam consequentiam, non secundum causam efficiendam: id est in sensu illativo, non vero in sensu causali.*

Secundo responderi potest, quod si D. Thomas usurpet illam particulam quia in sensu causali, loquitur solum de causalitate materiali & dispositiva, non autem de formali, vel efficiente. In quo etiam fecit locutus est Dominicus Soto cap. 15. de natura & gratia, ut ipsemet testatur in fine Commentariorum 4. libri sententiarum pag. 1053. ubi refertur & repetens eadem verba quae scripserat in praefato libro de natura & gratia, & ait: *Quidam vero hoc ex parte voluerunt dicentes quod nihil tribuerim libero arbitrio in justificationis causa. Et tamen, salva semper Catholica Ecclesia censura, arbitror necessario sic dicendum. Assensum enim liberi arbitrii non est causa praevientis motionem Dei, sed effectus ejusdem motionis, item praevientis liberum arbitrium. Est enim praesens & spiritus Dei ad cor nostrum, simul et in se ipsum clausam aspiciunt. Sed quia non operatur nobis eandem coram ex necessitate, sed nobis libere consentientibus: quoniam causa prior efficiens quae nos convertit, sic ejus spiritus, & motus praevientis: tamen dispositio materialis (quae hoc modo dicitur potest causa) est assensus nostra. Sicut causa efficiens praevientis cori senescit operatur, est nec intrinsecus, sed causa materialis cur nec intrinsecus, est quia sibi operatur.*

Obiectis tertio: D. Thomas q. 6. de verit. art. 3. docet Deum ad solum praedestinatum preparare media, ex se quidem defectibilia, quorum tamen aliqua, aliis deficientibus, effectum sint habitura; sicut (inquit) perpetuas species salvatur per successione plurium individuum, quorum quodlibet est corruptibile: At si daretur decretum ad intrinsecum efficacem & praedeterminans voluntatem, quodlibet auxilium gratiae in praedestinatum, efficaciam & effectum haberet, non minus quam tale decretum praedeterminans, a quo ut rivulus a fonte proderet: Ergo tale decretum repugnat doctrinae D. Thoma.

Respondendo S. Doctorem ibi loqui de libero arbitrio, comparato cum sine praedestinatione, ad quem assequendum verissimum est, non esse efficaciam in quolibet particulari auxilio, sed in tota collectione quam preparat ex efficaci glorie intentione, non autem negat quodlibet divinae gratiae auxilium, efficaciam intrinsecam habere ad utrumque in particulari ad quem datur, sed potius oppositum docet, ut ex exemplo quod adducit colligitur; si enim in quolibet individuo nature corruptibilis, non est effectus efficaciam ad conservationem aliquam nature, non potest etiam in omnibus individuis perpetuas salvari: Ego pariter, nisi in aliquibus auxiliis esset efficaciam gratiae ad parti-

particulares actus, quibus pervenitur ad beatitudinem, non potest suis affectu per illa haberi.

ARTICULUS VII.

An divinum decretorum efficaciam, ad suam innocentiam Angelorum & hominum extendenda sit?

Hucusque contra Molinam & alios Recentiores pugnatum est, nunc contra Janfenium & sectatores ejus certamen inflatum: ille enim Auctor, quasi hi adhaeret, dum explicat regimen & providentiam Dei respectu hominis lapsi: illi vero, dum statum innocentiae, & operationes priami hominis stantis, & sani, ac Angelorum gratiam & praedeterminationem exponit. Unde merito de illo tale aliquid usurpari potest, quale olim de eo, de quo dicebatur, & Senatorem perdidisse, & Monachum non fuisse.

Janfenius ergo divinorum decretorum & auxiliorum efficaciam respectu hominis lapsi cum Thomistis agnoscit, sed eam ad statum innocentiae Angelorum & hominum non esse extendendam, cum Molina & aliis Recentioribus contendit; atque hanc inter gratiam medicalem Christi nobis concessam, & gratiam unitatis Angelis & primis parentibus datam, statim generalem differentiam, quod illa moveat & determinet liberum arbitrium ad bonum: illa vero ejus nutum, seu motum, ac determinationem expectaret, eique quantum ad efficaciam & usum subijceretur. Idque principium Augustini adeo connexum putat, ut libro 8. de gratia Christi Salvatoris cap. 2. scribere non dubitaverit: *Gratiam efficacem ad omnes humanas naturas statim dilatant, ut Augustinus sensibus esse remotissimam. & vi potius humanae Philosophiae, quam Augustiniana Theologia expressam & inventam.* Totumque fundamentum gratiae medicinalis Christi subvertit, & scripturam subvertit, dum gratia necessitas, non est velle voluntatis, sed naturae ejus indifferentia, & omnium causarum subordinatione suspenditur. Addit ibidem: *Qui medicalem Christi gratiam sic defendere conatur, ut eam in praedeterminationem physicam transformet, omni facti hominum lapsusum & innocentiam, ex vi causae primae, & indifferentiae voluntatis necessarium, magis profecto Aristotelis, quam Augustiniani sunt: nam talis praedeterminatio se asserit, non solum nullo testimonio ejus probari potest, sed potius universam doctrinam ejus incomplicabili confusione pervertas; sollicit enim differentiam integre lapsae voluntatis, tollit differentiam duplicem adiutorii quo & sine quo; obscurat veram radicem gratiae medicinalis, nec sinit intelligere veram naturam ejus; dum aequaliter statim sine praedeterminationem omnibus necessarium.* Tandem concludit, differentiam illam quam statuit inter gratiam medicalem & gratiam unitatis, esse doctrinam ad Augustinum traditam basim ac fundamentum, veram clavem qua altius in scriptura ejus, & in palatium gratiae aperendus est, anulum qui ceterorum dogmatum catenam trahit, & veluti filum Ariadineum, quo nisi quis regatur, tota ejus doctrina, membris labyrinthus est.

Verum haec doctrina Janfenii displicet pluribus & illustrissimis D. Augustini Discipulis, qui decretorum & auxiliorum efficaciam necessitatem, non solum pro statu naturae lapsae, sed etiam pro statu integritatis & innocentiae hominum & Angelorum agnoscent, subindeque differentiam illud gratiae medicinalis & gratiae unitatis, quod Janfeniana doctrina basis & fundamentum est, profertis rejiciunt. Inter quos praecipui sunt Thomas Bravardinus, Archiepiscopus Cantuariensis, & insignis gratiae per se efficacis defensor, Guillelmus Estius par. S. Theologiae Professor & Scholasticus perita celeberrimus, Leonardus Coquas in Augustini doctrina versatissimus, ut praefata ejus commentaria in libros de civitate Dei testantur. Ylambertas Academia Parisiensis praeclearissimum lumen. Nuper etiam Thomas Anglus opusculum edidit cui titulus est, *Mens Augustini de gratia Adam, in quo gratiam Angelorum & primorum parentum non fuisse subditam ipsorum libero arbitrio, sed ipsum determinatam & applicatam ad bene operandum, dilerte docet, & oppositam sententiam virus Pelagianismi continere, & D. Augustino e diametro repugnare asserit.* Idem sentium Thomista cum Angelico Praeceptore, qui ita clare mentem suam aperit locis infra referendis, ut de ea dubitare nemo possit, nisi in medio vellet luce coecitare.

Porro quia Janfenius ad Augustini tribunal causam evocat, & solis Augustini testimonium item hanc dirimendam esse contendit, ad Augustinum recurrimus, & coram ejus tribunali causam dicere non recusamus, Janfenioque respondemus quod olim Festus Paulo Actor. 25. ad tribunal Caesaris provocavit: *Casum appellasti, ad Casarem ibi.*

S. I.

Menae Augustini aperitur.

Uamvis Janfenius & quidam alii Recentiores existiment, mentem Augustini in hac celebri quaestione esse confusam, illamque aperte profiteri decreta efficaciam esse necessarium, & gratiam hujus felicissimi status, libero arbitrio Adam, & Angelorum, quantum ad efficaciam & usum fuisse subditam, ejusque naturam & determinationem expectantem, non autem voluntatis eorum determinatricem. Hic tamen breviter demonstrandum suscipi: sententiam hanc, quae natura in Adam & in Angelis tantum tribuit, & gratiam eorum libero arbitrio subijcit, Sancto Doctore diametro repugnare, ejusque assertores toto officio ab ejus principibus aberrare.

In primis enim ipse gratiae nutritus & propagator Augustinus, non aliter efficaciam divinae gratiae in statu naturae lapsae significat, & declarat, quam dicendo quod illa facit nos velle, quod dat bonam voluntatem, & illam inspirat & operatur in nobis, ut constat ex locis supra relatis art. 1. §. 2. Sed idem asserit de gratia collata Adamo & Angelis in statu innocentiae: Ergo gratiam efficacem agnoscit, non solum pro hominibus lapsis, sed etiam pro Angelis, & primis parentibus in statu innocentiae. Major patet, Minor probatur ex S. Doctore de correptione & gratia cap. 11. ubi loquens de Adamo in statu innocentiae, sic habet: *Tunc ergo dederat Deus hominibus bonam voluntatem. Et 14. de civit. c. 11. Bona igitur voluntas, inquit, est opus Dei, cum ea quippe ab eo factus est homo.* Et lib. 12. c. 9. loquens de bona voluntate, qua boni Angeli per amorem adhaerent Deo, dum erant viatores, ait: *Et istam quis fecerat, nisi ille qui eum cum bona voluntate, id est amore casto quo illi adhaerent, creavit, simul in eis condens naturam & largiens gratiam? Et ut magis declararet hanc bonam voluntatem processisse ab auxilio gratiae, ibidem ait: *Si non potuerunt scriptis facere meliores, quam eos ille fecerat, profecto & bonam voluntatem quo meliores essent, nisi operante adiutore Creatoris, habere non possent.**

Secundo, Idem Augustinus divinorum decretorum efficaciam & causalitatem in statu naturae lapsae demonstrat ex omnipotentissima Dei potestate, seu ex infinita efficacia & virtute divina voluntatis, qua non potest vinci, impediri, vel retardari a creatura, & cui volenti salvum facere, nullum humanum resistit arbitrium, ut etiam constat ex locis quae supra retulimus: Sed idem asserit de voluntate Dei erga Angelos & primos parentes in statu innocentiae: Ergo agnoscit decreta efficaciam, etiam pro statu innocentiae hominum & Angelorum. Major patet, Minor probatur ex Augustino in Enchiridio c. 96. ubi sic ait: *Dei non ob aliud vocaretur vocatur omnipotens, nisi quia quidquid vult potest, nec voluntate committitur creaturae, voluntatis omnipotentis impeditur effectus.* Nominem autem, consensum creature, procul dubio comprehendunt non solum homines in statu innocentiae. Quare ibidem cap. 102. ait: *Quanti libere sine voluntate Angelorum vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel quod Deum, vel aliquid volentem quo in Deum omnipotentis voluntas dei semper in se est.* Unde etiam Danielis 4. Rex Babilonis, jam ad Deum conversus, & potentiam ejus agnoscent, confitentur quod *Deus propea voluntatem suam facit: non in virtutibus eorum, quam in habitatoribus terrae, & quod non est qui resistat manusi ejus, & dicat ei: quae fecisti.* Manifestum ergo est, Angelis perinde atque hominibus convenire Augustinianum illud effatum, ex quo Janfenius invalidam tunc insuperabilem medicinalis gratiae vim repetit: *Cui volenti salvum facere, nullum resistit arbitrium.*

Tertio, Idem S. Doctor lib. 11. de Civit. cap. 19. docet discretionem honorum & malorum Angelorum fuisse a Deo, non vero a libero arbitrio, & ait: *Inter sanctos Angelos & immundos fuisse discretem, ubi dictum est, & dixit deus inter lucem & tenebras.* Et addit: *Sicut quippe ista discernere potuit &c.* Et lib. 12. c. 9. *Aster, ut meliores a scissis, quam ab illo facti sunt.* Interdum etiam refert ad Angelos & primos parentes illud Apostoli: *Quid habetis quod non accepistis? Nam in Psalmum 70. de bonis Angelis ait: Tibi debent quod vivunt, tibi debent quod juste vivunt.* Et concione 2. in Psalm. 32. loquens etiam de bonis Angelis, sub nomine & figura calorum: *Nec ipsi, inquit, cui firmitatem sibi propriam praestiterunt: verbo Domini calli firmati sunt, & spiritus oris ejus omnis virtus eorum.* Non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementum a Domino perciperunt: Spiritus enim oris ejus, non pater: sed omnis virtus eorum. Idem docet D. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 8. ubi loquens de Angelis dicit: *aliis cadentibus, alios a Deo fuisse solidatos: utique similiter callos, nisi solidati fuissent.* Item Anselmus in libro de casu diaboli, c. 1. affirmat, quod in sanctis Angelis locum habet illud Apostoli: *Quid habetis quod non accepistis?* Unde etiam Apocal. 7. omnium Angelorum in conspectu Throni Dei procedunt.



clum, hac est Confessio: Benedicite, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen. Quibus verbis, omnium bonorum gloriam ad Deum referentes, & deique omnibus Deo gratias agentes, omne meritum & omnem bonum liberi arbitrii usum, eorumque in bono perseverantiam, in Deum ut Auctorem reducant.

164 Quarto, Si in statu innocentie gratia quantum ad efficaciam & usum fuisset libero arbitrio Adami & Angelorum, Divus Augustinus nullam aliam debuisse assignare rationem casus Adami & Angelorum, quam eorum liberum arbitrium, quod noluit uti gratia, nec illam ad operationem applicare: Atqui rationem hanc non assignat, sed potius ad infirmitatem Dei iudicia recurrit, ut patet ex lib. xi. de Genesi ad litteram c. 10. ubi ait: sed potest etiam ipsorum voluntatem in bonum convertere, quoniam omnipotens est, potest plane, cur ergo non fecit? quia noluit: cur noluerit? potest ipsum esse. Ergo existimat gratiam status innocentie, libero Adami vel Angelorum arbitrio non fuisse subiectam. Item idem S. Doctor locis infra referendis docet Deum casum Adami permisisse, ut apparet quid possit liberum arbitrium sine adiutorio Dei: At hec ratio nulla est, si liberum arbitrium Adami permisisse ex Viribus propria determinata & applicata gratiam ad operationem: Ergo idem quod prius.

165 Quinto celebris est locus Augustini 12. de Civit. c. 9. ubi querit (est sub illis vocibus) unde aut quomodo factum sit, ut ex Angelis aliqui evaserint beati, alii autem miseri? An scilicet ex differentia creationis & liberi arbitrii, an ex differentia regiminis & gratiae? Ex ibidem dicit, quod sicut utriusque boni creati sunt: istius scilicet maliis, motus voluntate cadentibus, illi scilicet boni aut plus adiuti, ad eam beatitudinis plenitudinem, unde semper quam scripturas certissimi ferunt, pervenerunt. Quibus verbis aperte profertur Augustinum, Angelos bonos qui in veritate steterunt, & in Dei dilectione permanentes, accepisse maiorem gratiam, quam malos qui ceciderunt: scilicet auxilium efficacius dans actu perseverare, quo ad beatitudinem pervenerunt.

166 Ex quo constat manet responso Iansenii, afferentis illud magis auxilium quod Augustinus dicit collatum fuisse bonis Angelis, & denegatum malis, non esse ipsum perseverantiam donum, sive auxilium efficacius ad perseverandum, sed solum magis auxilium quod in ipsa beatitudine a Deo receperunt, nimirum certam scientiam, qua iam beati non verum se nunquam lapsuros. Hac enim responso aperte repugnat textui: cum Augustinus dicat, quod boni Angeli, amplius adiuti, ad beatitudinem pervenerunt: non vero quod ubi pervenerunt ad beatitudinem, fuerunt magis adiuti. Unde Euthius in 1. dist. 41. §. 13. sic hoc adiutorium quod beati Angeli dicuntur amplius adiuti, esse ipsa beatitudo, sensus reddiderunt insuper, scilicet collatam esse beatitudinem, qua ad beatitudinem pervenerunt.

167 Sexto, Augustinus de corrupt. & gratia, c. 11. docet liberum arbitrium in Adamo, non nisi ad malum ex se fuisse potens: ac prout non potuisse se determinare ad bonum, nisi ex auxilio Dei illud determinatis & applicatis. Liberum arbitrium, inquit, ad malum fuit, & ad bonum autem potens non nisi adiutorio Dei. Et in tractatu de Cantico novo, c. 8. Quis enim vultus liberum arbitrium non adiutum, in ipso Adam demonstratum est: ad malum fuisse fuit, ad bonum non nisi adiutorio Dei. Et in Enchirid. c. 106. homo in paradiso ad se occidendum relinquendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem: ut autem ab eo recederet vita iustitia, firmus erat velle, nisi ille qui cum fecerat adiutor. Et item 11. de verbis Apostoli, c. 2. docet primam hominem ideo cecidisse, quia se subtraxit a divino regimine. Caudem, inquit, a manu signi fractus est: neque enim cum ipse qui fecerat, Regimen autem denotat motionem quamdam preventivam, & applicantem liberum arbitrium non vero decretum pure indifferens, & concurrentem simultaneum, ad speciem actus a voluntate creata determinabilem. Et lib. 14. de Civitate, c. 17. docet Adamum victum fuisse a diabolo, quia noluit fidere de adiutorio Dei. Quamvis, & ipsum confidere de adiutorio Dei, non quidem potest sine adiutorio Dei.

168 Ex quibus testimoniis liquet, quam absurdum, & a veritate, ac Augustini doctrina alienum sit quod ait Iansenius de gratia primi hominis, c. 7. Omnia bona opera, adeoque & ipsam fidem, & dilectionem Dei, ab Adamo potuisse per arbitrii libertatem fieri sic, ut ea non donaret ei gratia Dei. Patet etiam ex dictis, quam leviter & inconsiderate dixerit pro motione efficaci ad omnes nature humane status dilatata, nullum profertur posse Augustini testimonium: plura enim adduximus, que gratia efficaci necessitatem, non solum pro statu nature lapsae, sed etiam pro statu innocentie hominum & Angelorum aperte declarant. Quod vero idem S. Doctor necessitatem efficacis Dei motionis, etiam pro actibus ordinis naturalis admittit, subindeque eam non ex solo vultus lapsae voluntatis, sed etiam ex generali subordinatione & dependentia a primo motore tribuit, breviter demonstrandum est.

Osteniditur S. Augustinum necessitatem efficacis Dei motionis, etiam pro actibus naturalibus, agnosere.

PLura etiam in huius veritatis confirmationem adduci 169 possunt S. Doctoris testimonia. In primis enim in libro de gratia & libero arbitrio, c. 20. hac scribit: Scriptura divina, si diligenter inspicatur, ostendit non solum bonos hominum voluntates, quas ipse facit ex malis, & a se factas bonas, in actus bonos, & in aeternam dirigit vitam; verum etiam illas que conservantur & creantur, ita esse in Dei potestate, ut eas quo voluerit, quando voluerit, faciat inclinare, & quibus verbis aperte docet, Deum ratione summe potestatis, & supremi domini quod habet in nostras voluntates, eas applicare non solum ad actus bonos & supernaturales, quibus homo ad vitam aeternam ordinatur; sed etiam ad naturales & civiles, quibus hac vita conservatur. Unde apud Prologum sent. 58. idem Augustinus ait, quod divina voluntas est prima & suprema causa omnium corporum spirituumque motionum.

Secundo, idem S. Doctor de corrupt. & gratia, c. 14. 170 docet de electione Saulis in Regem (que utique erat actus ordinis naturalis) illam reduci in humanarum conditionum quo voluerit inclinationem omnipotentissimum potentem. Et infra loquens de viris qui David in Regem elegerunt, ait: sua voluntas utique ipsi constituerunt Regem David, quis non videt? Quis hoc negat? non enim hoc non ex animo, nec non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & rando hoc in eis esse, qui in cordibus hominum quod voluntur, operatur. Adhuc ista ut Regem constituerent. Et quomodo addidit? Nisi qui corporalibus nihil vinculis alligaverit? Intus egit, coram corde, coram corde voluerunt eorum, quas ipse in illis operatur eis traxit. Et addit: Cum voluerit Reges in terra. Deus constituit, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas.

Denique lib. 1. contra duas Epist. Pelagianorum c. 20. 171 D. Augustinus loquens de mutatione Regis Asliferi ab indignatione ad mansuetudinem (que etiam, ut constat, fuit actus ordinis naturalis) inquit quod Deus occurrissimum & efficacissimum potestare cor Regis converterit, & transiit ab indignatione ad lenitatem; hoc est a voluntate laedere ad voluntatem servandi, secundum illud Apostoli: Deus est enim qui operatur in vobis & vult. Ergo ex Augustino motio Dei est efficacis voluntatis, non solum ad actus supernaturales, sed etiam ad operationes ordinis naturalis requiritur.

Ex his liquet, quantum excoherit Iansenius, & quam longe ab Augustini mente & sensibus aberraverit, dum dixit quod totum fundamentum gratiae medicinalis Christi subvertitur, & scriptura subvertitur, dum gratia collatur, non ex vultus voluntatis, sed ex naturalis eius indifferentia, & omnium causarum subordinatione sub alio suspensivum. Nam Augustinus locis jam relatis, divinarum decretorum efficaciam ad actus etiam naturales extendit. Ipsi ex Scriptura demonstrat, & ait, quod Scriptura divina, si diligenter inspicatur, ostendit non solum bonos hominum voluntates quas in aeternam dirigit vitam, sed etiam eas que conservantur facti creaturarum, & que ad vitam civilem & politicam spectant, que utique ordinis naturalis sunt, esse a Deo corda hominum inclinante, & applicante ad quodcumque voluerit.

Ex verbis Augustini Discipulis eadem veritas declaratur.

QUam presidenter Adversarius asserit, gratiam efficaciam ad omnes nature humane status dilatari, Augustini sensibus esse remouissimam, & vi potius humane Philosophiae, quam Augustiniana Theologie expressam & inventam; tam longe est alia illustriorum D. Augustini Discipulorum sententia. In primis enim D. Prosper supra citatus in libro sententiarum quas ex Augustino collegit, sent. 58. expresse asserit quod divina voluntas est prima & suprema causa omnium corporum & spirituumque motionum, subindeque divinarum decretorum & auxiliorum efficaciam, ad omnes nature humane status, & ad omnes actus tam ordinis naturalis quam supernaturales extendit.

Secundo Augustinus Augustiniana doctrina defensor acerrimus, lib. 2. ad Trasimundum cap. 2. loquens de divina gratia, sic ait: ipsa etiam hominum reparando fuit necessaria, quia non vultus Angelum a vultu potuit custodire, nisi illa que lapsam hominum & vultum bonis reparavit. Unde est in veritate gratia operata: in hoc us surgere, in illis ne cadere: in illo ne agnoscere, in ipso ut sanarentur: ad hoc infirmitatem reparare, illam infirmitatem non fuit. Quibus verbis aperte profertur, eandem gratiam reparabilem bonos Angelos a lapsu, que hominem lapsum reparavit: Sed gratia que ruinam hominis lapsi reparavit, est de

est de se efficac. ut docet Iansenius: Ergo & illa que custodivit Angelos, non cadentem.

165 Nec valet fingere, hunc locum Fulgentii eo tantum pertinere, ut tum hominis reparationem, tum Angeli stabilitatem, gratie in genere ascribat, non vero gratie efficaciter moventi. Non valet, inquam, Fulgentius enim ibidem loquens de gratia que impedit casum bonorum Angelorum, appellat eam vultum: & ait quod eius vultus infirmitas est: At hec non possunt verificari de gratia generaliter sumpta, sed solum de aliqua speciali gratia, nimirum de efficaci, ut de se patet: Ergo ibi de gratia efficaci, non vero de gratia generaliter sumpta loquitur.

166 Tertio, S. Thomam, Discipulum Augustini nobilissimum & acerrimum, & ita in Augustino versatum, eiusque doctrina tinctum & imbutum, ut ipse Iansenius illum, Augustinum contrarium, appellat, eandem decretorum & auxiliorum efficaciam necessitatem, ad statum innocentie & integritatis extendit, si ita perspicuum & manifestum est, ut de hoc nulla possit subesse dubitatio: nam 1. 2. q. 109. art. 2. in corpore ait, quod homo in errore statu (integritatis scilicet & corruptionis) indiget auxilio divino, ut ab ipso liberetur. Et in responsione ad 1. asserit quod bene homini, etiam facti, non ita habet dominium sui nisi, quin indiget moveri a Deo. Sed nomine auxilii movens, non aliam S. Doctorem significasse gratiam, quam efficacem & praedeterminantem, latenter Adversarius nominatim Antonius Arnaldus, in episcopo cui titulus est: Vera S. Thomae de gratia sufficienti, & efficaci doctrina: in quo probat S. Doctorem, nullam aliam gratiam agnovisse, praeter sanctificantem, seu iustificantem, (quam vocat sufficientem) & efficacem, seu praedeterminantem, quam auxiliam Dei moventem appellat: Ergo D. Thomas necessitatem gratie efficaci & praedeterminantis, pro utroque statu integritatis & corruptionis, admittit.

167 Quod potest confirmari ex hoc quod in corpore eiusdem articuli, aliquid tria principia ex quibus sumuntur necessitates gratie moventis, duo specialia, & alterum generale. Primum est agendum & infirmitas nature, per peccatum originale depravata. Secundum, elevatio, & disproprio obiecti supernaturalis ad potentias naturales animae. Tertium subordinatio & dependentia generalis causarum secundarum a prima in operando. Unde cum in statu innocentie fuerit disproprio inter potentias naturales animae, & obiecta supernaturalia, & generalis subordinatio ad primum motorem, manifestum est, iuxta principia D. Thomae, decreta & auxilia efficaciam, pro utroque statu nature lapsae & integre, esse adinveniente: cum hoc tamen discrimine, quod in statu nature lapsae, ex duplici capite specialia (scilicet ex infirmitate nature, & elevatione obiecti supernaturalis) & alio generali, (nempe subordinatione & dependentia causarum secundarum a prima) eorum necessitates pendat est. In statu vero innocentie, ex uno tantum capite specialia: nempe ex elevatione obiecti supernaturalis supra potentias naturales Adami & Angelorum: & alio generali, subordinatione scilicet & dependentia secunda a prima, ut ibidem declarat S. Doctor, his verbis: Sic igitur videtur gratia supernaturalis natura indiget homo in statu nature integre quantum ad unum, scilicet ad operandum & volendum bonum supernaturale. Secundum statum nature corruptae, quantum ad duo: scilicet ut sanetur, & aliter in bonum supernaturale virtute operetur: quod est meritum. Uterius autem in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso liberetur.

168 Quae doctrina illustrari & confirmari potest exemplo aptissimo hominis facti & infirmi. Ut enim homo infirmus attingat v. g. salignam domum, vel summitatem caeli, indiget duplici modo, scilicet medica sanante, & scala elevante. Homo vero sanus & robustus indiget solum elevari per scalam, non vero sanari per medicinam. Idem proportionatiter dicendum est de homine in statu nature lapsae & integre. In primo enim indiget sanari per gratiam ab infirmitate nature per peccatum originale debilitatam, & infirmam per eam elevari, & applicari ad actus & obiecta supernaturalia. In altero vero Adam non indigebat gratia sanante, sed dumtaxat movente & elevante, quia in illo factissimo statu, nulla erat infirmitas, nulla plaga, nulla debilitas appetitus, nec disordinatio poterantur animae, sed solum infirmitas & potentialitas liberi arbitrii, ac disproprio inter potentias naturales animae, & obiecta supernaturalia, que non poterat tolli quae vici, nisi per gratiam efficacem. Unde S. Doctor infra q. 62. art. 2. ad 1. dicit quod Converterit ad beatitudinem ultimum, homini quidem est difficile, & quia est supra naturam, & quia habet impedimentum ex corruptione corporis, & infirmitate peccati, sed Angelo est difficile, propter hoc solum quod est supernaturale.

169 Ex quibus liquet, doctrinam que divinarum decretorum & auxiliorum efficaciam, ad statum innocentie hominum & Angelorum extendit, Thomisticam esse, subindeque Augustiniana: nam ut recte dicitur Caramellus in Theologia Fundamentali, Theol. 3. impertinenti q. de doctrina Augustini: qui dicit innotuisse in D. Thomae Augustiniano, Thomam non legiri, vix enim articulus in toto opere,

qui Augustini auctoritate curant. Quillemiam quidem, non tam intellexit asserit, Thomam Angelica mente praeditum negat, & ab universa Ecclesia pietate aspera, Thomam Augustini Doctoris nomine condecorant. Qui Thomam ait legisse, & intellexisse Doctoris divini voluntatem, vultisse tamen in pariter suas vel invitum trahere, in Angelici Doctoris personam & doctrinam est impius. Immerito ergo dicit Iansenius loco supra citato: Eos qui medicinam Christi gratiam sic defendere voluntur, ut cum in praedeterminationem physicam transformant, cuius statum hominum lapsorum & innocentium, ex vi causae primae, & indifferentia voluntatis necessitatem, magis esse Aristotelicum, quam Augustinianum: cum plura utriusque S. Doctoris, Augustini & Thomae, pro hac sententia, adduxerim testimonia. Immo potius qui gratiam libero arbitrio in statu innocentie subijciunt, & bona Angelorum & primorum parentum opera, ac merita, non fuisse a Deo specialiter donata, & a gratia liberum arbitrium applicante, in eis facta: nec Augustinianam, nec Thomisticam, sed Basiliensi dicendi sunt: cum inter damnatas a Pio V. & Gregorio XIII. Michaelis Baii propositiones, illa primum locum obtinet: Deo Angeli nec primi hominis adhuc integri merita, recte vocantur gratia.

Quatuor rationes a priori.

NOTra sententia non solum laevae auctoritas Sancto- 180 rum Patrum, sed plures etiam rationes efficaces eam demonstrant.

Prima & principalis sumitur ex generali subordinatione, & dependentia causae secundae a prima in operando, que sine decreto efficaci & concurrente praevio nequit subsistere, ut fassus demonstrant nostri Thomista in Philosophia, & in Tractatu de auxiliis. Sic ergo potest statum argumentum. Homo & Angelus in quocumque statu considerandi, debent subordinari Deo in operando, sed ab illo constitui in ratione principii actualis suarum operationum, cum naturalium quam supernaturalium: Atqui scilicet concurrente praevio & gratia efficaci, non possunt Deo subordinari in operando, nec ab illo constitui in ratione principii actualis suarum operationum: Ergo pro eorum statu, homo & Angelus indigent concurrenti praevio, & gratia efficaci ad operandum: Major patet, Minor probatur: Angelus vel homo in statu innocentie non poterant constitui in ratione principii actualis suarum operationum supernaturalem, per concurrentem simultaneum ordinis supernaturalis, nec per auxilium sufficientem eiusdem ordinis. Ergo sublati concurrenti praevio, & gratia efficaci, non poterant subordinari Deo in ratione principii actualis. Consequenter patet, Antecedens, quantum ad utrumque partem, probatur. Cum principium actuale operationis sit quod praevium illa, prioritare saltem nature, & habeat cum ea indissolubilem nexum, constitutum illius debet etiam habere duo habere: id est prioritare nature operationem antecedens, & cum ea indissolubiler connecti. Unde cum concurrentis simultaneus non sit prior operatione prioritare nature, & auxilium sufficientem non habeat cum ea nexum indissolubilem, sed frequenter ab illa separatur, manifestum est, quod Angelus & homo in statu innocentie, non poterant constitui in ratione principii actualis operationum supernaturalium, per gratiam sufficientem, vel per concurrentem simultaneum ordinis supernaturalis, quem gratiam concurrentem & cooperationem appellant, sed solum per concurrentem praevium, & gratiam efficacem.

Secunda ratio petitur ex principis supra artic. 2. §. 1. 181 statuti: Libera enim determinatio voluntatis Adami & Angelorum in statu innocentie, cum effectus eadem entitas creata, vel saltem quidam modus & formalitas entis, non poterat subterfugere divinam causalitatem, que est universalissima, & se extendit ad omne ens, omneque modos & formalitates entis: Sed Deus non potest liberam voluntatis creatae determinationem causare per decretum, vel auxilium pure indifferens, & liberi arbitrii determinacionem & consentium expectans, sed tantum per decretum & auxilium de se efficaci & determinationem voluntatis creatae, prioritare saltem nature antecedens, ut ibidem ostendimus: Ergo decreta & auxilia efficaciam, non solum pro statu nature lapsae, sed etiam pro statu integritatis & innocentie, adinveniente sunt.

Tertia ratio sumitur ex D. Thoma 3. cont. Gent. c. 156. 182 ubi sic ait: Omne quod de se est variabile, ad hoc quod fiat in uno, indiget auxilio aliquo moventis immobilitatis: Sed liberum arbitrium Adami & Angelorum in statu innocentie, erat mobile, & variabile, ac variabile a bono in malum, & infirmum bilabile in aequalitatem constitutum, ut Iohannes glosa retinens in stantia beatitudinis, ut Iohannes partem aque mobilis, inquit Iansenius de gratia primi hominis & Angelorum, c. 14. Ergo ut determinaretur ad bonum, & in eo perseveraret, & firmaretur, indigebat speciali Dei auxilio. Unde Augustinus in Enchirid. c. 106. Non sufficienter liberum arbitrium iustitia retinenda, nisi



participata immutabili boni divinum adiutorium prae-

183 Quarta ratio petitur ex perfectione status innocentie: Theologi enim, hujus florentissimi status felicitatem describunt, docent cum D. Thoma, ubi in eo precipue sitam fuisse, ut inferiora superioribus subderent, & superiora inferioribus domarentur. Ex quo inferunt in eo ita partem inferiori superiori & Inferiorem Deo perfecte subiectam fuisse. Cum ergo gratia illius status esset multo perfectior natura, eumque multis partibus superaret, debebat, juxta hunc praeclarum ordinem a divina sapientia institutum, libero arbitrio praeesse ac dominari, non vero ei subijci & ancillari. Verum hunc praeclarum ordinem eventit Janfenius, gratiam enim status innocentie ponit ad pedes naturae, & illam subijcit libero arbitrio Adami & Angelorum. Domina ancillam, & Agar Sare dominari facit, & intelligentiam motricem, nutum & determinationem liberi arbitrii expectantem inducit. Nam lib. 3. de gratia Salvatoris, c. 3. loquens de statu innocentie, dicit quod in illa voluntas erat plenissime sui ipsius in utranque partem dominata, cuius nutus quidquam habebat, vel gratiam, vel adiutorium intrinsecum, vel extrinsecum adhibere, debere, fasces submittere, & ab illius voluti Angeli impulsu expellere aqua nutum, ut vel inquiserens, vel ad infirmum operi confessorum, ipse nutum, reperiret. Quibus verbis praeclarum status innocentie, ordinem, & quasi paralyticum describit, & liberum arbitrium, veluti alterius Angelum exhibet, cuius impulsu & motionem illa expectare debebat. Quod quam absurdum sit, & derogans nobilitati & excellentie divinae gratiae, quis non videat? Certis si vera esset haec doctrina Janfenii, sequeretur quod status naturae lapsae in quo versamur, honorabilior esset ac favorabilior quam gratia, quam status integritatis & innocentie, in quo Angeli & Adam creati sunt. Nam in hoc miserrimo statu corruptionis & infirmitatis, gratia secundum Janfenium non subditur libero arbitrio quantum ad efficaciam & usum, sed potius illud sibi subijcit, eique dominatur & praesert, nec ejus determinationem & motum expectat, sed veluti alia intelligentia motrix, illud fortiter & suaviter movent, impellit, & applicat ad agendum. Et contra vero in statu innocentie, illa erat subdita libero arbitrio Adami & Angelorum, & ab eo dependens quantum ad efficaciam & usum, eisque nutum, determinationem, & applicationem expectans. Et ut loquitur Janfenius in lib. de grat. primi hominis, cap. 15. *Adiutorium collatum Adamo in statu innocentie, quantaevaque fuerit excellentia, non ad actum voluntatis condescendit, sed ad illi condescendum fuit.* Ergo &c.

S. V.

Varia absurdis & inconvenientibus, sententia Janfenii resollitur.

Plena sunt absurda & inconvenientia quae sequuntur ex Janfenii sententia, sed ea praecipua sunt, quae ipse arguit contra Molinae gratiam sufficientem, & a voluntate creata suspensam, quae nequeunt admitti etiam de Angelis & homine lapsis.

184 In primis enim, si in statu innocentie, Angelis & Primis parentibus non fuit necessarium auxilium speciale ad resistendum tentationi, & perseverandum in bono, sequitur quod Adam & Angeli stulte egissent, si ad Deum in tentatione recurrissent, & ab illo petissent auxilium ad resistendum tentationi, & in bono perseverandum. Consequens est falsum: Ergo & Antecedens. Sequela Majoris probatur ex Augustino lib. de naturae & gratiae, c. 18. *Quid enim, inquit, stultius, quam orare ut facias quod habes in tua potestate?* Atqui juxta Janfenium, Adam & Angeli rationis auxilii sufficientis a Deo collati, habebant plenissimum potestatem ad resistendum tentationi, & actu perseverandum, in ut nullum aliud donum, vel auxilium esset a Deo expectandum: Ergo stulte oraverunt Deum, & ad illum in tentatione recurrerunt.

Falsitas autem Minoris probatur, tum ex D. Thoma l. p. q. 94. art. 4 ad 5. ubi docet, Adamo non fuisse collatum auxilium ad resistendum tentationi, quia non habuit deorsum ad Deum pro illo obtinendo. Tum etiam quia Deus poterat dare Adamo auxilium quo perseveraret actu, & tentationi resisteret: quis hoc negat? *Quis* (inquit Aug. 14. de Civit. c. 17.) *auderet dicere, aut credere, ne neque Angelus, neque homo cadere, in Dei potestate non fuisse?* Ergo Adam non egisset stulte, sed prudenter & sapienter, petendo a Deo tale auxilium.

Adde quod, praecipuum orationis est naturale, obligans proinde pro omni statu: si autem aliquando obligavit Adamum & Angelos, tunc maxime cum debebat hinc via Angelorum, & dum Adamum urgebat tam gravis tentatio, ex cuius consensu sibi & toti generi humano tam grave damnum erat illaturus. Unde Gelasius Papa in Leon. a. Cancell. p. 257. in dictis adversus Pelagianam haeresim: *si in ipse primis hominibus, dum sua naturam sibi-*

altate confidant, & castam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando (quod utique nullquam fuisse referunt, nec de perceptis gratias referendo, nec in eadem incrementa dixerunt, incolentes consistere nuperioribus: quanto magis post praeparationem ruinam, in quo mala sui conscientia, Creatorem nullatenus inquirendo, seduliter inciderant; absque divino munere, suis viribus vel spere non possunt, sine quo nec integri perseverare valuerunt.

Secundo sequitur quod Angeli boni non debuissent magis gratias agere Deo, propter actum eorum perseverantiam, quam mali qui non perseveraverunt: Sed hoc absurdum est, & repugnans Scripturae, & SS. Patribus supra relatis: Ergo, &c. Sequela probatur: Ille non debet magis gratias agere quod actu perseveraverit, qui ad perseverandum actu non habuit aliud donum vel auxilium speciale, quod non haberent non perseverans: Sed juxta principia Janfenii, Angeli perseverantes nullum habuerunt donum vel auxilium speciale ad perseverandum, quod non haberent non perseverantes: Ergo praesertim perseverantis, non Deo, sed libero arbitrio, gratias agere debeverunt. Ut enim ait Augustinus Epist. 107. *Non gratias Deo agimus, sed nos agere, singulis, sed unde illi gratias agimus, eius facere non possumus.* Et S. Bruno in Comment. super Epist. ad Romanos, folio 4. *Gratias agere, est totum Deo tribuere: quomodo autem totum Deo tribuere, qui bonum solum gratia a se habent?*

186 Tertio sequitur distinctionem bonorum & malorum Angelorum, non fuisse agendam, sed a natura, nec a Deo, sed a libero arbitrio. Consequens est falsum, ut constat ex Augustino, & aliis SS. Patribus & praesertim art. a. s. a. relatis: Ergo & Antecedens. Sequela Majoris est evidens: ne enim supra arguamus contra Molinam & alios Recentes, discretio perseverantis a non perseverante, potest non potest esse in quo illi conveniunt & sunt aequales: sicut differentia equi ab homine, non potest fumi agrum generico animalis, in quo univoce conveniunt: Sed juxta principia Janfenii, Angeli perseverantes & non perseverantes, fuerunt aequales in auxiliis gratiae, & inaequales solum in bono vel malo usui liberi arbitrii: Ergo discretio bonorum & malorum Angelorum, non fuit a gratia, sed a natura; nec a Deo, sed a libero arbitrio.

187 Quarto sequitur quod Angeli boni habuissent a Deo solum possibilitatem perseverandi & bene operandi, a seipsis vero ipsum perseverare & bene operari; Consequens est absurdum: Ergo, &c. Sequela est evidens, Janfenius enim asserit de auxilio collato Adamo & Angelis in statu innocentie, illud idem quod Molina, & alii Recentes docent de auxilio quod modo datur hominibus in statu naturae lapsae: Atqui juxta Janfenium, ex sententia Molinae & aliorum, sequitur solum possibilitatem esse ex gratia, voluntatem vero ex libero arbitrio: Ergo idem sequitur ex sententia Janfenii.

Falsitas autem Minoris constat, tum ex Bulla Pii V. & Gregorii XIII. in qua prohibetur haec propositio Michaelis Ball: *Ne Angeli, vel primi hominis adhuc integri merita, velia conserventur gratia.* Tum etiam quia, ut supra arguebamus, si sola possibilitas bene operandi & perseverandi esset a gratia, actualis vero perseverantia & operatio a libero arbitrio, illud vero quod est malum & peccatum tribueretur Deo, illud vero quod est bonum & perfectius libero arbitrio, quod plerumque absurdum est: nam ut ait Bernardus in opusculo de gratia & libero arbitrio: *Deum ipse de se videtur, Deo quod minus, nobis quod excellentius sit attribuitur.*

188 Neque valet responsio Janfenii dicentis bene operari, mereri, & in bono perseverare, tripliciter attribui Deo in statu innocentie. Primo quia dedit homini & Angelo liberum arbitrium. Secundo quia illis infudit in primo instanti creationis gratiam, caritatem, & alia dona habitativa. Tertio quia dedit illis auxilium sufficientis. Nam etiam Molina & Recentes admittunt haec omnia in statu naturae lapsae, & concedunt quod cum Petrus v. g. consentit alicui sancte inspirationi, Paulo dissentiente, uterque habet liberum arbitrium, gratiam, & caritatem, & Paulus forte intensiva maiorem: uterque etiam habet auxilium sufficientis, & moraliter excitans: & tamen Janfenius contendit quod illis omnibus utrique collatis, si unus consentiat, alter dissentiente, consentiens habebit ex gratia solum possibilitatem, voluntatem vero, seu usum liberi arbitrii, ac meritum, ex seipso, & a libero arbitrio determinante gratiam ad consentium & operationem: Ergo idem dicendum erit in sententia Janfenii, de Angelis & primis parentibus in statu innocentie.

189 Quinto sequitur voluntatem creatam Adami & Angelorum in statu innocentie, fuisse primum liberam, & primum se determinantis: quia juxta principia Janfenii, in tali statu non indigebat determinari vel applicari a Deo, sed seipsam per se primo sub auxilio & concursu Dei indifferenter determinabat & applicabat: Sed hoc est contra naturam secundum liberum, quod cum sit causam tantum secundae suae electionis & determinationis, non potest eligere nec se determinare, independentem a motione & applicatione primi

primi liberi, primique determinantis, ut docet D. Thomas locis supra relatis art. 1. §. 3. Ergo, &c.

190 Sexto sequitur electionem bonorum Angelorum non fuisse omnino gratuitam, sed dependentem a provisione meritorum: At hoc repugnat ordini & perfectioni divinae sapientiae & providentiae: Ergo, &c. Sequela Majoris admittit Janfenius lib. 9. de gratia Christi, & manifeste sequitur ex ejus principis de Praedestinatione, & hoc ratione. Omnis ordinata appetens, prius intendit finem, quam vel sit media ad illum ordinata: unde cum merita elektorum sit media ad finem vitae aeternae conductivae, efficacis electio Praedestinationem ad gratiam, & ad merita discretiva illorum a reprobis, supponit efficaciam gloriae intentionem, & ab illa ut a prima radice procedit: juxta illud D. Properi a. de vocat. Gentium c. 35. *Deus his quos eligit sine meritis, dat unde exoriantur ex meritis.*

191 Denique haec nova Janfenii sententia, omnia fere Augustiniana & Thomisticae Doctrinae principia, in materia de scientia Dei, & modo quo futura contingentia praevident, funditus evertit, vel ut ejus verbis utitur, *inexplicabili confusione perturbat.* Ut enim fuisse ostendimus Tractatu precedenti, D. Augustinus & S. Thomas clarissime docent, Deum nihil cognoscere extra seipsum, sed omnia videre in seipso tamquam in causa, & medio prius cognito. Scientiam visionis, ut habet adjunctum decretum esse causam rerum; illamque quantum ad veritatem & certitudinem, non mensurari a rebus, sed esse illarum regulam & mensuram. Deum res futuras, in sua praedestinatione seu decreto cognoscere, ac proinde in illo non dari praedictam futurorum a decreto independentem, eoque anteriorem, quae a Recentioribus scientia media appellatur. Haec autem cum doctrina Janfenii non posse coherere, manifestum est: seclusis enim a statu innocentiae decretis & auxiliis efficacibus, in quibus actum liberorum Adami & Angelorum praesentia fundatur, necessario pro tali statu admitti debet in Deo scientia media, quae dirigat illum in suis decretis indifferenter, & exploret futurorum consensum voluntatis creatae, & affirmari Deum cognoscere res immediate in seipsis, & in veritate obiectiva quam habent ex vi contradictionis, vel ex suppositione eventus futuri. Item scientia Dei non debet poni ut causa rerum, sed potius ut ab illis, quantum ad veritatem & certitudinem, regulata & mensurata. Unde Janfenius, & alii Recentes, qui divinarum decretorum & auxiliorum efficaciam, ad statum naturae lapsae referant, *leva manu dispersant lapides mari Augustiniani, quos dextra componunt*, inquit Thomas Anglus opusculo supra citato, hypocolo 6. *Cogitent saltem (subditidem Auctor) magna illa Aquilini Doctoris dogmata: Deum scilicet non videre nisi opera sua: Res esse quae Deus cognoscit; non e contra Deum cognoscere, quia res sunt: Deum scire futura, ea praedestinando, & praedestinatione sua cuncta praescribere, & applicant praesentium questionum. Statuimus Adamum v. g. tentationi superiorum evasisse, vidisset ne vidisset Deum, quia futura erant, vel quia videndo & praedestinando eum fecisset? Sicut dicitur, clarissime gratiam voluntatis dominatricem laudat. Si illud, quis locus recitat Augustiniana super? et cum post citatum illud Augustini: nihil Deum videre nisi opera sua, Praedestinatione sua cuncta cognoscere, & facere futura, ea praedestinando, & subjugando fit, juxta Janfenii principia, excepta libera determinatione voluntatis Adami & Angelorum. Quis non videt, si unum excipitur, omnia simul exceptioni patere, quae a libertate pendunt sive hominum sive Angelorum?*

192 Certe mirum est, quod Janfenius qui bellum infensibilem indixit Molinismo in statu naturae lapsae, ei postea tot & tanta trophea egerit in statu innocentie, illudque cum tanto divinae gratiae dispendio, nova sua opinione stabilire conatur, omniaque Moliniana doctrinae principia quae constiterat, postea approbet & amplectatur. Non minus etiam stupendum est, quod Recentes aliqui hunc Auctorem, Divinae gratiae vindictam, & accitum Pelagii hostem nuncupent: vix enim ullus est, qui gratiam depraesertit magis, qui Pelagii errores altius extulerit. Dei quidem gratiam regnare in hoc orbe & domari putat; at caelum, & paradisum terrestrem, ejus imperio ditiosissime subtrahit. Homines lapsos a Pelagianorum errore longissime abducit, at eidem Calites & Primos Parentes implicat; dum gratiae efficaciam necessitatem & causalitatem, ad statum innocentie hominum & Angelorum non esse extendendam existimat. Et certe nonne ille insigniter Pelagianizat, qui Apollolo quaerenti: *Quis te discernis? Quis habes quod non accepisti?* Respondet: *Ego me ipsum discerno. Ego merita habeo quae non accipi.* At in opinione Janfenii, nisi esset Angelorum qui non ita responderent, nemo qui sibi meritum non arroget, nemo qui se non a Deo, sed a seipso discretum non gloriatur: Idem est de primis parentibus, cum Janfenius libro de gratia primi hominis, c. 7. asserat, *omnis opera, adeoque & ipsam*

fidem & dilectionem Dei, ab Adamo petuisse per arbitrii libertatem fieri sic, ut non donaret ei gratia Dei.

S. VI.

Convelluntur praecipua fundamenta Janfenii.

193 Obijcit in primis Janfenius celebre Augustini testimonium, desumptum ex libro de Conceptu, & gratia, c. 11. & 12. ubi S. Doctor distinguit duplex adiutorium: alterum quod vocat *Adiutorium sine quo*; alterum quod appellat, *Adiutorium quo*; & docet primum concessum fuisse Adamo in statu innocentie, non vero secundum, quod Sanctis & Praedestinatis in statu natura lapsae, & per gratiam reparatae conferunt: Sed adiutorium sine quo est auxilium sufficientis, adiutorium vero quo est auxilium efficax: Ergo ex Augustino non fuit datum Adamo in statu innocentie auxilium de se efficacis, sed tantum auxilium sufficientis, subditum ejus libero arbitrio, quantum ad efficaciam & usum, subindeque decreta & auxilia efficacis, ad statum innocentie Angelorum & hominum extendenda non sunt, sed ad statum naturae lapsae concordanda.

194 Hoc est praecipuum Janfenii fundamentum, quod facile convelli potest, & mens Augustini aperiri, si duo illa capita libri de correptione & gratia attente perscrutemur: Ibidem enim Augustinus non distinguit universaliter omnem gratiam collatam Adamo in statu innocentie, a gratia Christi Salvatoris, per hoc quod prima fuerit adiutorium sine quo, sive sufficientis, & secunda adiutorium quo, sive efficacis. Sed solum gratiam collatam Adamo ad perseverandum in innocentia, a gratia quae datur sanctis & electis in statu naturae lapsae, ad perseverandum usque in finem, quae donum perseverantiae finalis appellatur. Ita enim clare se explicat S. Doctor ibid. c. 12. ubi postquam duplex illud adiutorium genas exposuit, subdit: *Primo itaque homini, qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceptat posse non peccare, posse ipsum bonum non deservire, datum est adiutorium perseverantiae; non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam Dei praedestinatis, non tantum tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa datur: non solum ut sine ipso dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.* Et c. 6. libri de dono perseverantiae, quem Augustinus praescripsit, ut literis Properi & Hilarii responderet, & mentem suam circa ea quae in libro de correptione & gratia docuerat, magis aperiret, & declararet, redarguit quosdam fratres, qui in alienum sensum ejus doctrinam detorquebant, & ait: *Sed isti quid dicant parum diligenter attendant. De ista enim perseverantia loquimur, quae perseveratur usque in finem, si autem non esset perseverandum usque in finem, non esset data. In eodem sensu intelligit & explicat Augustinus D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 10. ad 3. ubi ait: *Ad certum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro de correptione & gratia: homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset, non autem accepit ut perseveraret. Nunc autem per gratiam Christi, multo accipitur & donum gratia quo perseverare possunt, & aliter eis datur quod perseverant. Et sic donum Christi est magis, quam donum Adae, &c.**

195 Ex quibus patet, Janfenium in hac questione longissime ab Augustini mente & sensibus aberrasse. Nam quod Augustinus dicit de auxilio collato Adamo ad perseverandum in statu innocentie (quod utique non fuit efficacis, sed tantum sufficientis, ad infelix eventus factis ostendit) ad omnia auxilia gratiae extendit, & infert nulla in eo sufficientissimo statu, Angelis, & primis Parentibus fuisse concessa auxilia efficacis, sed tantum pure sufficientia, subdita libero arbitrio, quantum ad efficaciam & usum: quod tamen, ut supra ostendimus, ab Augustini mente & principis remotissimum est. Cum S. Doctor locis supra relatis asserat, bonam voluntatem per quam Angeli per anorem Creatori adhaeserunt, fuisse operi Dei, eaque nisi operante *Adiutorio Creatoris* habere potuisse. Bonos Angelos, ut ad beatitudinem pervenirent, fuisse magis adjuvatores quam malos, qui ab ea defecerunt. Discretionem bonorum & malorum Angelorum, fuisse a gratia & a Deo, non vero a natura, & a libero arbitrio. Bonos Angelos non cadere fuisse a Deo per gratiam solidatos, & plura alia quae S. I. late exposuimus, & quae efficaciam & operationem divinae gratiae in Angelis & primis Parentibus aperte declarat.

196 Hallucinat etiam Janfenius, cum discrimen illud gratiae Adami, a gratia medicinali Christi Salvatoris, dicit esse veluti basim & fundamentum totius Augustinianae doctrinae, ac totius aedificii gratiae, quod S. Doctor adversus Pelagianos extruxit, & quasi clavem sine qua mysteriorum gratiae intelligentia aperiri & referari nequit. Nam cum S. Doctor, vixini annorum spatio, quo adversus Pelagianam haeresim decertavit, differentiam illam nullquam expresse- rit, vel indicaverit, sed eam tantum post debellatam & prostratam Pelagianam haeresim insinaverit in libro de correptione & gratia, quem adversus aliquos Pelagianorum reli-



